



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ad annum Christi 1563

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 90118618**

§. 51. Articuli de Matrimonio Theologorum examini subjecti.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66653](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66653)

bi indulgeri postulabant, ut certum eis <sup>Sæcul. XVI.</sup>  
 responsum reddere possent: interea au- <sup>A. C. 1572.</sup>  
 tem Cardinali Lotharingio significabant,  
 quod nunc, cum ipsi concorditer cum  
 illo ea postulata Romam misissent, æqui-  
 tas postularet, ut Gualterii redditum  
 præstolarentur. Hinc Cardinalis Lo-  
 tharingius suis viribus etiam effecit, ut  
 in eo inducias impetrarent Synodi  
 Præsides.

§. LI.

*Articuli de Matrimonio Theologorum  
 examini subiecti.*

Nondum Præsides ab hac Gallorum <sup>Pallan. n. 4.</sup>  
 molestia erant liberi, cum jam no- <sup>Sarp. l. 5.</sup>  
 va eis immineret molestia, cui occasio-  
 nem dederunt illi octo articuli circa Sa-  
 cramentum Matrimonii, quos Theolo-  
 gorum discussioni subjecerunt: porro hi  
 articuli his verbis erant concepti.

I. „ Matrimonium non est Sacra-  
 „ mentum a Deo institutum, sed ab ho-  
 „ minibus in Ecclesiam inuestum, nec  
 „ habet aliquam gratiæ promissionem.

II. „ Parentes irrita facere possunt  
 „ matrimonia clandestina, nec vera sunt  
 „ matrimonia, quæ ita contrahuntur,  
 „ imo & expedit, ut deinceps in Ecclesia  
 „ irrita habeantur.

III. „ Licet repudiata uxore ex cauf-  
 „ sa fornicationis cum alia matrimonium



Sæcul. XVI.  
A.C. 1563.

„contrahere vivente priore, & erro-  
„neum est divortium facere ob aliam  
„causam, quam fornicationis.

IV. „ Licet Christianis plures simul  
„uxores habere, & prohibitio nuptia-  
„rum certis anni temporibus supersti-  
„tio est tyrannica, ab Ethnicorum su-  
„perstitione profecta.

V. „ Matrimonium non est postpo-  
„nendum, sed anteponendum cœlibatui,  
„Deusque majorem gratiam dat conju-  
„gatis, quam aliis.

VI. „ Sacerdotes Occidentales licite  
„possunt contrahere matrimonium,  
„non obstante voto aut Lege Ecclesia-  
„stica, & oppositum affirmare nihil a-  
„liud est, quam matrimonia damnare,  
„possuntque omnes contrahere matri-  
„monium, qui non sentiunt se castitatis  
„habere donum.

VII. „ Si tantum consanguinitatis, &  
„affinitatis gradus sunt observandi, qui  
„decimo octavo Levitici exprimuntur,  
„nec plures, nec pauciores.

VIII. „ Impotentia ad coitum, & i-  
„gnorantia, quæ in contractu interve-  
„nerit, solæ causæ sunt dissolvendi ma-  
„trimonium contractum, & causæ matri-  
„moniales ad Principes sæculares spe-  
„ctant, quin ad Judices Ecclesiasticos  
„recurrere quis teneatur.